

## trigesimustertius

uantur: atq; ex eo quod resedit: cōiectura capitur: ut inueniat aliquando in summa tellurē p̄tinus ra-  
ra fœlicitate: ut nuper in dalmatia principatu Neronis singulis diebus etiā quinquagenas libras fun-  
dens cū iam inuentum est in summo cespite. Alutationem uocant si & auro ea tellus subest. Cæterū  
mōtes hispaniæ aridi sterilesq; & in quibus nihil aliud gignat: huic bono cogunt fertiles esse. Quod  
puteis foditur: canalitium uocāt: aiii canaliense marmoris glareæ inhærens: nō illo modo quo in ori-  
ente sapphyro atq; thebaico aliisq; in gemmis scintillat. Sed micæ amplexū marmoris hi uenæ: ca-  
nales per marmor uagantur & latera puteorū & huc illuc inde nomine inuento: tellusq; ligneis colū-  
nis suspenditur. Quod effossum ē tunditur: lauatur: uritur: molitur in farinā. Nam quod ad pilas cu-  
dunt apilascudem uocant: Argentū quod exit a fornacis sudore quæ e camino iactatur. Spurcitia in  
omni metallo uocatur. scoria. Hæc in auro coquitur iterū & tunditur. Catini fiunt ex tasconio. Hæc ē  
terra alba similis argillæ. Neq; enim alia afflatum ignemq; & ardentē materiam colerat. Tertia ratio  
opera uicerit gigantum. Cuniculis per magna spatia actis cauantur mōtes ad lucernarū lumina. Ea-  
dem mensura uigiliarū est: multisq; mensibus non cernitur dies. Arrugias id genus uocant: sidūtq; p̄ri-  
mæ subito: & opprimunt operarios: ut iam minus temerariū uideatur e p̄fundo maris petere marga-  
ritas: tanto nocentiores fecimus terras. Relinquuntur itaq; fornices crebri montibus sustinendis. Oc-  
cutant in utroq; genere silices. Hos igni & aceto rumpunt. Sepius nero: quoniam in cuniculis uapor  
& fumus strangulat: cædunt fracturis. c. l. libras ferri terrā agentibus. Egeruntq; humeris noctibus ac  
diebus per tenebras proximis tradentes: lucem nouissimi cernunt. Si longior uidetur silex: latus seq̄  
tur. Fossam ambit quiete. Tamen in silice facilius exstimatur opera. Est namq; terra ex quodam argil-  
læ genere glareæ mixta: candidam uocant: p̄pe inexpugnabilis. Cuneis eam ferreis aggrediuntur: &  
iisdem malleis: nihilq; durius putāt: nisi q̄ inter omnia auri fames durissima est. Peractō ope ceruices  
fornicum ab ultimo cædunt: dantq; signum rima. Eamq; solus intelligit in cacumine mōtis eius pui-  
gil. Hic uoce istuue repente reuocari operarios iubet: pariterq; ipse deuolat. Mons fractus cadit a sese  
lōgo fragore: qui concipi humana mente non possit: & flatu incredibili. Spectant uictores ruinam na-  
turæ. Nec tamen adhuc aurū est. Nec sciere esse cū fodere. Tātaq; ad pericula euincēda fuit satis cau-  
sæ sperare quod cuperent. Alius par est labor uel hoc maioris impēdii flumina ad lauandā hanc rui-  
nam iugis montiū duxere obiter a centesimo plerunq; lapide. Corrugos uocāt a corruatione credo  
nimirum & hoc labor est. Præcepisse libramento oportet ut fruatur quādo influat: itaq; altissimis p̄ri-  
bus ducitur. Conuallis & interualla substructis canalibus iungūtur. Alibi rupes in uia cædūt: sedē-  
q; trabibus cauatis præbere coguntur. Is q; cædit: funibus pendet. ut p̄cul inuentibus species nefaria  
quædam: sed alitum fiat. pendentes maiore ex parte librant: & lineas itineri præfigunt. Itaq; insistētis ue-  
stigiis hominis locus nō est. Manes trauntur ad homines ut uitium importent. Id genus terræ urion  
uocant. Ergo p̄ silices calculosue ducuntur: & urium euitant. Ad capita defectus in superciliis mōtiū  
piscinæ cauantur: ducenos pedes in quasq; ptes & in altitudinē denos. Emissaria in iis quina pedum  
quadratoꝝ ternum fere linquntur: & repleto stagno excussis obturamentis erumpit torrens tāta ui-  
ut saxa puolant. Alius etiam in plano labor. Fossæ in quas p̄fluat cauantur agogas uocant: eæ ster-  
nuntur gradatim. Frutex est ulex toris marini similis asper aurūq; retinens. Latera cluduntur tabulis  
ac per prærupta suspenduntur: canali ita p̄fluente de terra in mare. His de causis iam pmouit hispa-  
nia in priore genere: quæ exhauriantur immenso labore ne occupent puteos in hoc rigantur. Aurū  
arrugia quæsitum nō coquitur: sed statim suum est. Inueniuntur ita massæ. Nec non in puteis etiā de-  
nas excedentes libras: palacas hispaniæ: alii palacranas: idem quod minutū est: balucem uocāt. Ulex sic  
catus uritur: & cinis eius lauatur sustrato cespite herboso ut sidat aux. Vicena milia pondo ad hunc  
modū ānis singulis astutiam atq; galletiam & lusitaniā præstare quidā trapiderunt: ita ut plurimum  
astruria gignat. Neq; in alia pte terræ tot sæculis hæc fertilitas. Italiæ p̄citurum est uetere iterdisto pa-  
trum: ut diximus alioquin nulla fœcūdiōr metalloꝝ quoq; erat tellus. Extat lex censaria uici uicti mi-  
liarum aurifodinæ: qua in uercellenfī agro cauabatur: ne plus quinque hominū in opere publicani ha-  
berent. Aurum faciendi est etiam una ratio ex auri pigmento: quod in syria foditur pictoribus in sū-  
ma tellure auri colore: sed fragili lapidū speculariū modo. Inuitaueratq; spes Caium principē auidis-  
simū auri: quāobrem iussit excoqui magnā p̄odus: & plane fecit aux excellens: sed ita parui p̄oderis  
ut detrimentū sentiret: illud pp̄ auaritiā exptus: quāquā auripigmenti libræ. xiiii. p̄mutarentur: nec  
postea tentatum ab ullo est. Omni auro inest argento uario ponderē: alibi dena: alibi nona: alibi octa  
ua pte. In uno tantū galliæ metellæ loco: quod uocant albicratenfē. xxxvi. portio inuenitur: ideo cæ-  
teris præest. Vbicunq; quinta argenti portio est: electrum uocatur. Scrobes eæ reperiūtur in canaliēsi.  
Fit & cura electrū argento addito. Quod si quintā portionē excessit: incudibus nō resistit. Est electro  
auctoritas Homero teste q̄ Menelai regiā auro: electro: argento: ebore fulgere tradit. Minerue tēplū

Cūmī  
antiq.  
lectio.

galianas  
uetusti  
codices

Ictima-  
liarū  
uel icti-  
muloꝝ  
Strabo.